Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



83

Hic incipit caput XIV, sed repetit superius

DEDIT & dimidie tribui manasse filiisq; eius iurta cognationes suas possessionem. cuius hoc principium est. amanayim. uniuersam basan. & cuncta regna og regis basan. omnes uicos iair. qui sunt in basan. sexaginta oppida. & dimidiam partem galaad. astaroth. & edrai urbes regni og in basan. filiis machyr. filii manasse. dimidie parti filio machyr. iurta cognationes suas. Hanc possessionem diuisit moyses in campestribus moab. contra iordanem. contra iericho ad orientalem plagam. Tribui autem leui non dedit possessionem. quo dns ds israhel ipse est possessio eius. ut locutus est illi. Hoc est qd possiderunt filii israhel. in terra chanaan. quam dedit eis eleazar sacerdos. & iosue filius nun. & principes familiarum p tribus israhel. sorte omma diuidentes. sicut preceperat dns in manu moysi nouem tribubus. & dimidie tribui. Duabus enim tribubus. & dimidie tribui dederat moyses transiordanem possessionem. abq; leuitis. qui nichil terre acceperunt inter fratres suos. sed in eorum successerunt locum filii ioseph. quos in duas diuisit tribus. manasse & effraym. nec acceperunt leuite aliam in terra partem. nisi urbes ad habitandum. & suburbana earum ad alenda iumenta & pecora sua. Sicut preceperat dns moysi. ita fecerunt filii israel. & diuiserunt

PER TRIBVM manasse. Iniquam. qui oblitus uel necessitas dicitur: Ordo continentium exprimitur: qui oblitus populum & domum patris sui. uoluntaria obedientie necessitate constringitur: Que tribus idcirco dimidia dicitur: quia uere penitentie satisfactione uite sue tempus dimidiare conatur: Vnde psalmista loquitur: Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Huic & filiis eius moyses dat possessionem. quia ut legislator. ut scriptura p eum expressa. continentie sectatoribus. celestis regni repromittit hereditatem. Vnde PETRVS dicit fidelibus. In hereditatem incorruptibilem. & in contaminatam. & in marcescibilem. conseruatam in celis. Iurta cognationes suas. quas illa habet ecclesie uarietas. que a dextris muestitu deauratio assistit. Cuius hoc est principium. quia ordo continentium. spiritale requirit contubernium. Amanayim. quod castra dicitur. quo fidelium societas in sancta ecclesia exprimitur: Vniuersam basan. & cuncta regna og regis basan. Vniuersam basan que pinguedo dicitur: dulcedo illa continentiu exprimitur: de qua salemon loquitur: Vita carnium. sanitas cordis. Cuncta regna og regis basan. sunt gemine dilectionis precepta. quibus cuncta regis xpi complentur mandata. ipso teste q ait. In his duobus mandatis. tota lex pendet & ppheta. Omnesq; uicos iayr. qui sunt in basan. sexaginta oppida. Iayr illuminans dicitur: p quem scia scriptura exprimitur. qua uita humana. in hui seculi tenebris illuminatur: Omnes uici iayr. qui in basan continentur. sunt auctoritates ueteris ac noui testamenti. que in dilectione dei & proximi pfecte addiscuntur & implentur. Sexaginta oppida. sunt utriusq; testamenti munimenta. sexaginta fortium instrumenta. de qb in canticis dicitur: In lectulum salemonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israhel. omnes tenentes gladios. & ad bella